Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Vexilla

ut addiscipulos suos
et dixit illis Vade ante
iam et requiescite. Et
ecce appropinquavit hora
et filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Surgite
eamus ecce appropinquavit
qui me tradet. Adhuc
illo loquente: ecce
iudas unus de duodecim
venit et cum eo turba
multa cum gladiis et
et fustibus missi a prin
cipibus sacerdotum et seni
oribus populi. Qui autem
tradidit eum dedit illis
signum dicens: Quem
cumque osculatus fuero
ipse est tenete eum. Et con
festim accedens ad
iesum dixit: Ave rabbi
. Et osculatus est eum. Dixit
autem illi iesus: Amice
ad quid venisti. Tunc
accesserunt et manus
iniecerunt in iesum et
tenuerunt eum. Et ecce
unus ex his qui erant
cum iesu extendens manum
exemit gladium suum
et percutiens servum pri
cipis sacerdotum amputa
vit auriculam eius
dextram. Tunc ait illi
iesus Converte gladium
tuum in locum suum. Omnes
enim qui acceperint gla
dium: gladio peribunt
. An putas quia non pos
sum rogare patrem meum
et exhibebit mihi
modo plus quam duodecim
legiones angelorum.
Quomodo ergo imple
bunt scripture quia sic
oportet fieri. In illa ho
ra dixit iesus turbis Tam
quam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus:
comprehendere me. Cotti
die apud vos sedebam
docens in templo et
non me tenuistis. Hoc
autem totum factum est: ut
impleverunt scripture pro
phetarum. Tunc discipuli

54